

CONRADI GESNERI
medici Tigurini Historiæ Animalium
Liber III. qui est de Piscium &
Aquatilium animantium
natura.

CVM ICONIBVS SINGVLORVM AD
VIVVM EXPRESSIS FERE OMNIB. DCCVI.

*Continentur in hoc Volumine, GVLIELMI RONDELETII quoq.,
medicina professoris Regij in Schola. Monspeliensi, et PETRI BEL-
LONII Cenomani, medici hoc tempore Lutetia eximij, de
Aquatilium singulis scripta.*

AD INVICTISSIMVM PRINCIPEM, DIVVM FERDINAN-
dum Imperatorem semper Augustum, &c.

Μουσικὸν τὰς γὰρ, ἢ μίμνησιν.



CVM Privilegijs S. Cæsareæ Maiestatis ad octennium, & poten-
tissimi Regis Galliarum ad decennium.

48

TIGVRI APVD CHRISTOPH. FROSHOVERVM,
ANNO M. D. LVIII.

243

Vidi ego piscem huiusmodi paruum, ore paruo, uiridem, caudæ pinna indiuisa ut plerique saxatiles: turdorum generi, ni fallor, cognatum.

TEREDO uermis est arrodens ligna, & præcipuè in mari sentitur, ut inquit Plinius. Idem probat Ouidius libro 1. de Ponto: Estur ut occulta uisitata teredine nauis. ita enim corrigo locum. ex manuscripto, cum pro teredine hæcenus malè lectum sit putredine, Ge. Fabricius. Sed uermis hic in ligno innascitur: & quanquam naues in mari erodat, marinus tamen dici propriè non potest.

DE TESTVDINIBVS SCRIPTA
HOC ORDINE SEQUUNTUR.

EX RONDELETIO,

Testudinum genera quot: & eorum, quod ad nomina, distinctio.

De Testudine (marina prima) corticata.

De Testudine (altera marina) coriacea, siue Mercurij.

De Testudine cornigera, siue Troglodytica & alba.

De Testudine Lutaria.

BELLONII De Testudinibus scripta dedimus circa finem Appendicis De Quadrupedibus ouiparis.

COROLLARIA,

- I. De Testudinibus in genere: quibus etiam nonnulla simpliciter de Testudine prodita adduntur, cum ad quam potissimum speciem referas, non constet.
- II. De Testudine marina.
- III. De Testudinibus marinis diuersis, siue simpliciter, siue pro regionum diuersitatibus & magnitudinis discrimine.
- IIII. De Testudinibus dulcium aquarum, Lutaria & Fluuiatili.
- V. De Testudine terrestri.

IN LIBRO NOSTRO DE QUADRV PEDIBVS
ouiparis Capita hæc sunt,

De Testudinibus in genere, pag. 90.

De Testudine terrestri, pag. 99.

De ijs quæ in aqua dulci uiuunt, siue palustri, siue fluuiatili, pag. 103.

De Testudine marina, pag. 105.

DE TESTVDINIBVS, (TESTVDINVM
GENERA QVOT, ET EORVM QVOD
ad nomina, distinctio,) Rondeletius.

De nominibus Testudinum in genere, præsertim µυς & ιµυς, leges etiam infra, in Testudine coriacea Rondeletij, A. item initio Capitis de Testudine lutaria.

AESTVDINVM quatuor sunt genera, si Plinio credimus, qui libro 32. cap. 4. hæc scripsit. Geminus similiter uicinus in aquis terraq; & testudinum: effectus quoque partim honore habendi, uel propter excellens in usu pretium, naturaq; proprietatem. Sunt ergo testudinum genera, terrestres, marina, lutaria, & quæ in dulci aqua uiuunt: has quidam è Græcis emydas appellant. Ne quis uerò emydas easdem cum lutarijs esse existimet, Plinium quatuor genera distinguentem audiat, aliquantò post: Ex quarto genere testudinum, quæ sunt in omnibus, diuulsarum pingui cum aizoon herba uiso, admisso unguento & semine lilij, ante accessiones perunguntur ægri præter caput, &c. Aristoteli duo duntaxat genera esse uidentur, testudo terrestris & marina, ac uidentur χελώνης nomine testudinem terrestrem propriè intellexisse: quum enim de marina loquitur, θαλασσια χελώνη semper dicit: quam uerò testudinem lutariam siue muræ aquatilem uertit Gaza, µύ uocat Aristoteles, nisi mendosi sint loci. Hæc ex libro 5. de histor. animal. perspicua fiunt, quum de testudinum partu loquitur: Η µὲν χελώνη τίκτει ὡς σκληρὸν ὄστρον καὶ διχρῶν, ὡσαύτ' τὰ τῶν ὀρνίθων. Testudo oua durioris testæ, & bicolora edit, quale ouum auium est. Deinde ἡ δὲ µύς θηϊδὲν ἐκ τῶν ὄστρον τίκτει ὀρίξια βόθων πηλῶν. Mus aquatilis siue testudo lutaria in terra scrobe effosa dolij amplitudine parit oua. Τίκτει δὲ καὶ αἱ θαλασσια χελώναι ἐν τῇ γῆ θύοια τοῖς ὀρνίθοις τοῖς ἡµερῶν: Testudines etiam marinae egressæ in terram pariunt oua auium corticalium ouis similia. Item libro secundo χελώνων non sine epitheto dicit, & inter quadrupedes recenset, ne quis in mari quadrupedes esse neget, quanquam pedes ij ad natandam magis quam ad ingrediendum sint comparati. τῶν δὲ τετραπόδων μόνη χελώνη ἢ θαλασσια μέγιστον ἔστι λόγον τῶν ἄλλων μορίων: ὁμοίως δὲ ἔχει αὐτὴ νεφρὸς ἢ θαλασσια χελώνη τοῖς βοοίοις. Quadrupedū una testudo marina habet magnitudinem cæterarum partium ratione: similes bubulis renes omnino ei adhærent. Alio etiā loco de utraq; loquens utriq; epitheton addidit. τῶν αὐτῶν δὲ τρεῶν καὶ τῶν περὶ τὴν τετραπόδων καὶ ὡστέων καὶ περὶ αἰῶν.

In fine eiusdem capitis.

Cap. 33.

Cap. 16.

Lib. cap. 3.


καὶ ποιεῖται ἡ ὀχίαυ: τὰ μὲν γὰρ ἰσοβαίνοντα, καὶ ἀπὸ τῆς ζωτικῆς, οἷον χελώνη ἢ θαλασσίαι ἢ ἡ χορσαία. Quin-
 etiam pedestrium quadrupedes quæ oua pariunt, eodem coeunt modo, quo ea quæ animal gene-
 rant mare superueniēte, ut testudo tam aquatilis q̄ terrestris. Idem lib. 3. de partib. animal. ὁμοίως
 ὅτι ἔχει ἢ ποδὶ νεφερώ, ὅστις γὰρ νεφερός: ὅδε τῶν πτερωτῶν, ἢ λεπιδωτῶν ἔχει, ὅδε τῶν φοιδωτῶν, πλὴν αἰ θαλασσίαι καὶ
 αἰ χορσαίαι χελώναι. Renum etiam similis est ratio: nullum enim pennatum, nullum squamatū, nul-
 lum corticatum renes habet excepta testudine terrestri & aquatili.

Ex his perspicuum est Aristotelem duarum duntaxat testudinū mentionem fecisse, μὴν uerò ^{Conclusio.}
 quam testudinē lutariām interpretatus est Gaza, nunquam χελώνη appellasse, sed seorsum sem-
 per exprefsisse, ut ex iam citatis locis liquet.

10 Nunc expendendū num potius ἐμὴν apud Aristotelem, quàm μὴν legere oporteat. Quāuis <sup>Mōs ἀπὸ μὴν poti-
 ἰς apud Aristot-
 telem legendū.</sup>
 enim testudinē lutariām Gaza murem aliquandō uerterit, ut inde appareat μὴν legisse; tamen li-
 bro 3. cap. 9. de partibus animalium, non μὴν, (μὴν circumflexum, potius) sed ὀμὴν, legitur. Cū e-
 nim de utriusq̄ testudinis renibus locutus fuisset Aristoteles, subdidit: ἢ ὀμὴν ὅδε νεφερός ὅδε κύστη ἐ-
 χει, ὅδε μαλακώτεται γὰρ χελώνη ἐν ὕδατι γίνεται τὸ ὕγρον. Genus tamen testudinis, quam lutariām uo-
 cant, & uesica & renibus caret; fit enim propter eius mollitudinem tegminis, ut humor faciliē dif-
 fletur. Et libro 8. cap. 1. de histor. animal. τῶν ἢ περὶ τῶν ἀσπίδων ἢ ἀσπίδα, πολλὰ: καὶ τὰ μὲν ὅδε μὴν
 ἢ ὅδε μὴν διὰ τὴν χωρὶς ὀμὴν τὴν ὕδατος, οἷον αἰ τε καλοῦμαι θαλασσίαι χελώναι, ἢ κροσίδες, καὶ ἴπποι
 ποτόμοι, ἢ φώκαι, καὶ τῶν ἢ θαλασσίων ζώων, οἷον αἰ τε μύδων, καὶ τῶν βατράχων γῆ. Multa spirabilis pede-
 strisq̄ generis (humore gaudent,) & ita nonnulla ut ne uiuere quidem disclusa ab aquæ natura ua-
 leant, ut quæ marinæ testudines appellantur, & crocodili, & fluuiatiles equi, & uituli marini, at-
 que etiam ex minori genere testudines lutariæ (siue mures aquatiles dicti) & ranæ. Vides apo-
 strophum solū deesse, quominus ἐμὴν legatur, ut pro αἰ τε μύδων substituendum sit αἰ τὴν ἐμὴν
 ὀμὴν, atq̄ ita ubique legendum esse contēderim apud Aristotelem ut apud Plinium. Hoc confir-
 mat ex Hesychio Phaurinus, ἐμὴν ζῶον ἐν λίμνῃ καὶ ἐν ποταμῷ γινώσκον, οἷον χελώνη ἢ ἡ χορσαία ὄρνις. Qua-
 re duobus testudinis generibus ab Aristotele constitutis, tertium addere possumus scilicet ἐμὴν
 ὀμὴν, quas in duo genera partitus est Plinius, ut aliæ sint lutariæ, aliæ in aqua dulci uiuant. De mari-
 nis primò dicemus, quarum tria genera describemus.

DE TESTUDINE (MARINA PRIMA)
 corticata, Rondelctius.

30 Adduntur quædam de Testudinibus in genere. præsertim remedia.



50 c v m Testudinum marinarum genera diuersa sint, nominibus eas distinguere oportet. Pri-
 mam igitur corticatam uocabimus, siue corticosam: quia cortice, id est, duro & crustoso ac aspe-
 ro integumento operta sit, ab arboribus ad animantes ducta translatione.

Est igitur corticata testudo terrestribus ac lutarijs similis capite ac testa, sed maior: caput nun-
 quam in testa condit, sed semper exertum habet, ac ceruicem tantum pro arbitrio modo exten-
 dit, modo contrahit. Dentibus testudinum genus omne caret: sed rostri margines acuti sunt, supe-
 riore eius parte inferiorem claudēte pyxidum modo. Natura testudini marinæ, tanquam amphibi-
 o animalī, partim pinnas partim pedes tribuit: priores pinnæ latæ sunt admodum, alas recte ap-
 pellaueris, hæ duris aculeis ueluti unguibus munitæ sunt: posteriores pedibus similiores sunt
 cum unguibus, qui ungues natationi nihil conferunt, sed ingressui in terra, alæ uerò pedesq̄ na-
 tationi in mari. Linguam imperfectam habet: sed asperam arteriam, pulmones, cor, diaphrag-
 ma, iecur, lienē, intestina, testes & mentulam mas, uterū scemina, Pulmones in testudine maiores

sunt & multo denflores, quam in terrenis animantibus, ne, ut opinor, aquę maior copia una cum alimentis hausta in tenues meatus se penitus insinuans rejici tota non possit per foramina illa, quę nariu loco in superiori rostri parte habet, quib. aqua rejicit non aliter quam delphini per fistulam.

C Et si linguam minus perfectam habeat testudo, perexiguum tamen & abruptum sonum edit, ut scribit Aristoteles, lib. 4. de hist. animal. cap. 5. qui terrestri tantum id tribuere uideretur, sed etiam marinę competit, ut ego experientia comperi. Cum enim in omnibus sit eadem oris, asperę arterię, pulmonum constructio, cur non omnes eundem sonum edent: Quin & manifesta suspiria emittit marina, id quod in ea expertus sum, quam domi alui, quum diutius extra aqua moribundam detinerem.

B Cum ex ijs quę oua pariunt aves piscesq; neque uescam, neque renes habeant, quadrupedum una testudo habet, ratione magnitudinis cęterarum partium: habet & renes quasi ex multis paruıs renibus constitutos, similes uitulorum, lustrarum, delphinorum renibus. Idem in puororum renibus obseruauimus, dum utero gestantur, & quandiu lacte nutriuntur, cuius rei causam alias exposuimus. Quibus uescica inest, necessariõ & renes, uel quod renibus portione respondeat, inesse oportet, non contrã: nam aues quędam uescica quidem carent, sed renum uice carunculas quasdam latiusculas habent, renum speciem ostendentes, quasi ea caro quę renibus deligata est, locum non habeat, sed in plura dispersa sit. Renes autem & uescica auibus desunt, quia raro potu utuntur, siccoribusq; uescunt alimentis: quare si quid serosi sit humoris, facile per cutim digeritur, uel in plumas abit. Illud non sine causa miretur aliquis, cur testudo marina renes uescicamq; habeat: lutaria uerõ & uescica & renibus caret ex sententia Aristotelis libro tertio de partibus animalium, quem locum superiore capite citauimus. Cuius uiderem ratio quam ipse Aristoteles reddit, infirma mihi esse uideatur: Fit hoc, inquit, propter tegumenti eius mollitudinem, ut humor facile digeratur. At testudo coriacea, de qua postea dicemus, mollius tegumentum habet, plusq; humoris colligit, tamen & renes & uescicam habet. Quare cum maiorem quam

Cap. 9.

Testudinis lutarie uescica et renes, contra Aristot.

Cap. 15.

Testudinis lutarie uescica et renes, contra Aristot. Cuius uiderem ratio quam ipse Aristoteles reddit, infirma mihi esse uideatur: Fit hoc, inquit, propter tegumenti eius mollitudinem, ut humor facile digeratur. At testudo coriacea, de qua postea dicemus, mollius tegumentum habet, plusq; humoris colligit, tamen & renes & uescicam habet. Quare cum maiorem quam cuiusquam hominis autoritati fidem adhibeam, affirmo testudinem lutariam & uescicam manifestam ac magnam, & renes carnosos habere propę testes. Idq; per mihi mirum uideatur, quod Aristoteles, qui splenem admodum exiguum in ea uiderit, (ut recte annotauit libro secundo de historia animalium) uescicam & renes non animaduuerit: nisi forte impedimẽto fuerint ossa, quib. coxę articulantur, sub quibus, ueluti sub pubis ossibus in homine latent ex partes, uel una cum peritonæo disrupta euulsaq; fuit uescica, quę a peritonæo non nisi ab exercitatissimo disungi possit. Hęc demonstratio nulla mihi sunt confirmanda, cum sensus solus huius rei fidem faciat. Sed cum rem ita habere compereris, tum quęrenda causa ususq; harum partium, quę eadem sunt in lutaria ac marina testudine.

C Sed iam de actionibus differamus. Testudines tam aquatiles quam terrestres, & pedestrimum quadrupedes, quę oua pariunt, eodem coeunt modo, quo ea quę animal generant, mare scilicet superueniente sine ullo negotio, ut aliquoties uidimus, etiam si cortice contactę sunt: habent enim in quod meatus contingant, & quo in coitu adhareant. Pariunt autem marinę egressę in terram, oua auium corticaliu ouis similia, & defossa coopertaq; incubant noctibus. Ouorum numerus maximus est: nam ad centena pariunt. Hęc Aristot. lib. 5. de hist. cap. 33. cuius sententiã retulit Plinius libro 9. cap. 10. his uerbis. In terram egressę in herbis pariunt oua, auium ouis similia ad centena numero, eaq; defossa extra aquas & cooperta, ac pauita pectore ac complanata incubant noctibus. Educãt foetus annuo spatio. Cum de marinis loquatur Plinius, lib. 5. de hist. anim. cap. 33. ut ex toto contextu apparet, commiscet ea quę Aristoteles de marinarum & terrestrium testudinum partu seorsum scribit hoc modo: Testudo (de terrestri intelligendum) oua durioris testę, & bicolora edit, quale ouum auium est, eaq; defossa & cooperta terra, ac pauita & complanata incubat crebrius repetens, foetumq; sequente anno excludit. Et paulõ post: Testudines marinę egressę in terram pariunt oua auium corticalium ouis similia, & defossa coopertaq; incubant noctibus. Ex his igitur distinguenda erit Plinij lectio. Idem ex quorundam sententia aliam pariendi rationem adfert. Quidam oculis spectando quocq; oua foueri ab ijs putant. Fœminam coitum fugere, donec nas festucam aliquam imponat aduersę. In qua sententia fuit Oppianus, scribens testudines fœminas timere atq; odisse concubitus, quod nulla in coitu uoluptate sed dolore magno afficiantur, quia maris pudendum ueluti stimulus est acutus, durus & osseus, eam ob causam inter se dimicant, ac multum incuruis dentibus, id est rostris, sese lacerant: illę, concubitus molestos fugientes: mares, inuitas magis ac magis concupiscentes, donec ui uictas necessario amore sibi copularint.

Ibidem.

Li. 1. ἀνισθησθ.

Ibidem. Ex his igitur distinguenda erit Plinij lectio. Idem ex quorundam sententia aliam pariendi rationem adfert. Quidam oculis spectando quocq; oua foueri ab ijs putant. Fœminam coitum fugere, donec nas festucam aliquam imponat aduersę. In qua sententia fuit Oppianus, scribens testudines fœminas timere atq; odisse concubitus, quod nulla in coitu uoluptate sed dolore magno afficiantur, quia maris pudendum ueluti stimulus est acutus, durus & osseus, eam ob causam inter se dimicant, ac multum incuruis dentibus, id est rostris, sese lacerant: illę, concubitus molestos fugientes: mares, inuitas magis ac magis concupiscentes, donec ui uictas necessario amore sibi copularint.

Αἱ δὲ μέγα προμέδουσι, καὶ ἐχθαίρουσι χελῶνας
τὸρ πάλῃ λεχέων, πολὺ δὲ πλείον' ἄλγος ἔχουσι.
Ὅστιον οὐκ ἔσποικίζου, ἀτὸρ πείθῃ θήγεται βύνη.
Ἀλλήλους δ' ἀπῆρσιν, ὅτε σχεδὸν ἀντίσωσιν.
Εὐνίῳ ἰμείροντες ἐκώσιν, εἰσὶ κρη ἀλκῆ

Ὁν γάμον: ὃ γὰρ πῆσιν ἰδιόμορϑοι, οἷα καὶ ἄλλοις
Σκλήροῦ γὰρ μάλα κνήτρον ὃν ἀφῆσιν εἰς ἀφροδίτῳ,
τὸν κῆ μαρναντοῖ τε, πολὺ γὰρ πῆσοι τ' ὀλοῦσιν
Αἱ μὲν ἀλόδύμκται πρηχῶ γάμον, οἱ δ' ἀέκωσιν
Νικίβες ῥόξιν μιν ἀναγκάειν φιλότητι. &c.

Testudines marinę conchis uescuntur, & herba in terra: denicq; pamphagę sunt, quemadmodum & crustacei pisces, si Aristoteli lib. 8. de histo. anima, cap. 2. credimus. Testudines marinę, inquit,

60

De Testudinibus. Lib. III. 1133

inquit, conchulas petunt: habent enim os omnium robustissimum, quicquid nanq; in os ceperint, siue lapidem, siue quiduis aliud, perfringunt ac deuorant, exeunt etiam in terram, ac pascunt herbas: hic idem modus uescendi crustaceis est, nam ea quoq; omniuora sunt, quippe quæ & lapillos, & limum & algam deuorant. Plinius: In mari uiuunt conchylis; tanta oris duritia ut lapides comminuant. Duas habui domi, quas & aqua & quibuscunq; iniectis piscibus, rostro comminutis uiuere sum expertus.

Carnem potissimum omoplatarum, posteriorumq; crurum suauem ac delicatam, pinguemq; habet testudo, & omnis fere marini odoris expertem.

Sanguis qui etiam e uiua effluit, actu frigidus sentitur.

10 Quorum albumen coctura nunquam bene spissatur, quod non tam frigiditati quam partium tenuitati adscribo: quæ enim natura crassa sunt uel lenta quantumuis frigidum diluta, facile spissantur: quæ ualde tenuium partium, ut aqua, nunquam.

Testudines omnes magni sunt in medicina usus. Sed nunc de marinis tantum. Harum carnes ut tradit Plinius, admixta ranarum carnibus, contra salamandras præclare auxiliantur, neque est testudine aliud salamandræ aduersus. Sanguine alopeciarum inanitas, & porrigo, omniaq; capitis ulcera curantur: inarescere autem eum oportet, lenteq; ablui. Instillatur & dolori aurium cum lacte mulierum. Aduersus comitiales morbos manditur cum polline frumenti: miscetur autem sanguis heminis tribus acetis, hemina uini addita his, & cum hordeacea farina, aceto quoq; admisto, ut sit quod deuoretur fabæ magnitudine. Hæc singula & matutina & uespertina dantur, dein

20 post aliquot dies uespera. Comitiales instillatur ore, diductis labris his qui modice corripiantur. Spasmo cum castoreo clystere infunditur. Quod si dentes per annum colluuntur testudinum sanguine, immunes a dolore fiunt. Et anhelitus discutit: quasq; orthopnoeas uocant, ad has in potenta datur. Fel testudinum claritatem oculorum facit, cicatrices extenuat, tonsillas sedat & anginas, & omnia oris uitia: priuatim nomas ibi, & ardentium testium. Naribus illitum comitiales erigit attollitq;. Idem cum uernatione anguium aceto admisto, unice purulentis auribus prodest. Quidam bubulum fel admiscet, decoctarumq; carniuum testudinis succum, addita æque uernatione anguium: sed diu in uino testudinem excoquunt. Oculorum quoq; uitia omnia fel inunctum cum melle emendat. Suffusiones etiam marinæ felle. Vel cum fluuiatilis sanguine & lacte mulierum capillus inficitur. Fel & contra salamandras, uel succum decoctum bibisse satis est. Galenus

30 aut hoc est ueteres medicos sæpius in antidoto sanguine testudinis marinæ usos fuisse, ut Dorothæum in antidoto πικρῆς ἐχιδνικῆς, & in alijs multis. Et Dioscorides: Sanguis marinæ testudinis cum uino & leporis coagulo cuminoq; contra serpentum morsus, & hæusta ruberæ uenena conuenienter bibitur. Aduersus uenena & ad compescendum fluxum sanguinis e naribus uel uescica plurimum ualet per se uel addito sanguine dragonis, utriusq; in aqua uulgaris herbæ quæ bursa pastoris nuncupatur dissolutis.

Capiuntur testudines marinæ multis quidem modis, ut tradit Plinius, sed maxime euectæ in summa pelagi, aut meridiano tepore blandito, eminente toto dorso per tranquilla fluitantes: quæ uoluptas libere spirandi, in tantum fallit oblitus sui, ut solis uapore siccato cortice, non queant mergi, inuitæq; fluitent, opportuna uenantium prædæ. Ferunt & passum egressas noctu, auidè que saturatas lassari: atque ut remearint matutino, summa in aqua obdormiscere, id prodi stertentium sonitu, tuncq; leuiter capi, adnatare enim singulis ternos, a duobus in dorsum uerti, a tertio laqueum in se ipsas, atque ita ad terram a pluribus trahi. In Phœnicio mari haud ulla difficultate capiuntur, ultròque ueniunt statuto tempore anni in amnem Eleutherum effusa multitudine. Aristoteles: Testudines marinæ laborant plerunque & intereunt quoties innatantes siccantur sole. Deferrî enim in guttitem facile nequeunt. Diuersam captendarum testudinum rationem adfert Oppianus. Aliquando testudines, inquit, importune piscantibus obuia, prædæ parandæ nocent, damnumq; afferunt. Sed facile est audaci & intrepido usro eas uincere. Si quis se in mari immergens testudinem supinam in dorsum conuerterit, quantumuis connitatur, fatum uitare non potest.

50 *Ναὶ μὲν καὶ χελύδων μέλα πολλὰ κίς ἀνθρώποις τῶν δ' ἐπιτετο μόνον ἐλεῖν ῥήσις ἀπάντων. Ἐὶ γὰρ τις κατὰ τὸ κεραυλὸν χελύδιν ἢ ῥόβιον πολλὰ καὶ ἐμυλῖν, διατατοὶ μόνον ὕδατι εὐνοῖ.* *Θήλει λευκῶντο, καὶ ἀνθρώποις πῆμα γήμοντο. Ἄνεσι θαρσαλέως, καὶ ἀταρβέως θυμὸν ἔχοντι: Ὑπῆιον ἀνθρώποις ἐπ' ὄσσανον, ἕκαστος κεννί.*

Capiuntur apud nos sagena quemadmodum & reliqui pisces. Capiuntur etiam hisdem retibus, quibus thunni. Terrestris testudines frequentius uisuntur, & notiores sunt & minores quam marinæ. Ex Oceano marinam aliquando apud me alui aliquantulum. Quum Romæ essem aliam uidi multo maiorem. In India maximæ sunt, quemadmodum & reliqua animalia. Plinius lib. 9. cap. 1. (B. Magnitudo) Testudines tantæ magnitudinis Indicum mare emittit, ut singularum superficies habitabiles casus integant, atq; inter insulas rubri præcipue maris his nauigent cymbis.

60 Immanis fuit testudo illa quæ in mari nostro anno 1520. capta est tanta, ut pueros atq; homines imperitos terreret. Ijs erat utribus, ut funibus tracta homines tres supra dorsum stantes ueheret. eadè bigis uix trahebat. Qui ceperat, circulatorum more per uicina oppida ostentabat lucri faciendi causa.


Alla ingēs Tarracone capta.

Huiusmodi testudinem arbitror fuisse eā, quæ olim in Prouinciæ oppido, quod Tarracone nominat, capta fuit, quantum ex eius pictura, quæ etiā hodie in oppidi templo cernitur, conijcere licet, nisi quod pictor absurdè pedes duos addidit, aculeosq; maiores etiā in dorso effinxit. Quamquam longè aliter de ea re olim scripserint. Ferunt ad Rhodanum in nemore quodam inter Arelatem & Auenionem monstrum quoddam fuisse altera parte terrenum animal, altera piscem referens, boue crassius, equo longius, dentes habens in utraq; maxilla binos, ense longiores & acutiores, in flumine delitescēs in homines irruerat, & naues submergebat, huc ex Asia erupisse, ex Leviathan aquatili serpente & ferocissimo natum: tandem à diua Martha ita euictum, ut oue placidius reddiderit, quod cingulo suo ligatum, cum in terram eduxisset, à plebe saxis fustibusque peremptum fuit. Incolæ monstrum id Tarasconum uocabant, unde oppido quod etiam hodie extat nomen positum, cum ante Neruog, id est, niger locus uocaretur à nemore denso, umbrosoq;. Alij rem paulò aliter referunt. Sed utut res hæc habeat, antequam Martha in prouinciā uenire potuisset Tarasco oppidum dicebatur, Strabone teste: Abest, inquit, à Rhodano Nemausus centena circiter stadia, quo in tractu ulteriore Tarasco exiguum oppidum, quo nō nisi post Christi in caelos ascēsum appellere potuit Martha: scripsit autem Strabo tempore Tiberij Cæsaris sub quo passus est Christus. Neq; est quod quis miretur testudinem marinam in Rhodano ad Tarasconem repertam fuisse, neq; enim procul locus is à mari abest, & aquarum dulcedine captae aliquando beluæ marinæ, uel undarum & procellarum uel impulsæ longè altius fluuios ingrediuntur: quod de testudinibus marinis asserit Plinius, scribens in Phœnicio mari haud ulla difficultate capi, utroq; uenire tempore statuto anni in amnem Eleutherum effusa multitudine.

Lib. 9. cap. 10.

DE TESTVDINE, (ALTERA MARINA) CORIACEA siue Mercurij, Rondeletius.

In A. segmento reperies quædam de Testudinibus in genere.



A ΧΕΛΩΝΗ θαλασσία, Latine testudo marina uocatur, à quibusdam Plinium secutis mus marinus. Sed non immeritò dubitauerit aliquis, cur Plinius cum sapius aliàs testudinem marinā Latine uocarit, mutato nomine, aliquando murem marinum nominauerit, ei tribuens quæ Aristoteles tribuit emydi seu testudini lutariæ siue muri aquatili, ut conuertit Gaza. Verba Plinij sunt: Mus marinus in terra scrobe effossa parit oua, & rursus obruit terra, tricesimo die refossa aperit, foetumq; in aquam ducit. Quæ ex Aristotele mutuatum esse constat: *ἢ δὲ μὲν ἐπιούσα ἐκ τοῦ ὕδατος τίκτει ὁ ὕδατος βόθρου παρὰ τὴν ἕρμην, καὶ ἐκ τῆς ἕρμης ἐκ τῆς θαλάσσης. ἡ δὲ ἐπιούσα τριάντην πρὸς ἀνορύττει καὶ ἐκλείει τὸ γόνυ, καὶ ἀπὸ γαίης ὕδατος αὐτὴ νοστήσει εἰς τὸ ὕδωρ.* De marina uerò testudine mox Aristoteles: *Τίκτει δὲ καὶ αὐτὴ λατῆραι χελώναι ἐν τῇ γῆ,* &c. Alio in loco pro testudine marina murem marinum uidetur dixisse. Exeunt in terram, & qui marini mures uocantur. Ex quibus efficitur, uel Plinium parum animaduertentem, aquatilis testudinis siue lutariæ Aristotelis nomine marinam uocasse: uel (hoc magis probandum) testudinem marinam etiam murem Latine dici posse, atq; etiam non solum emyda, sed & μὲν apud Aristotelem legi posse. Galli tortues uocant, (nimirum omnem testudinem.) Nostri tortugas. Hispani tortugas. Itali galanas uoce, ut apparet deflexa ex accusatiuo Græco χελώνας. Quam nunc describimus, coriaceam appellamus, quod integumentum habeat non tam corticis simile quàm corio bubulo, duro nigroq; & tam concinnato ad calceos equorumq; frænos & felillas cæteraq; ornamenta conficienda. Eandem Mercurij testudinē appello, quod eam esse existimem, à cuius similitudine Mercurius musicum instrumentum nobis leuit, Gallis luc uocatum, exco.

Lib. 9. cap. 19.

ex cogitavit, ex ea testudine quam Nilo decrecente in litore repererat, consumpta iam carne superfluitibus nervis, & ob tensionem ad contactum sonantibus: cui instrumentum musicum adeo simile est, ut nemo sit procul eam videns capite pedibusque truncatis, qui non chelym nostram theca sua conclusam esse iudicet: ut enim hæc, ita testudo altera parte, supina scilicet, plana est lataque: prona conuexa, ex sex assulis contexta, longis, angulos acutos efficientibus: toto ambitu rotundato præterquam in cauda, quæ in longum & acutum definit, cui etiam instrumenti pars gracilior (cui infixi sunt collopes, quibus fides intenduntur & remittuntur) respondet. Hæc testudo a superiore partibus internis, alis, pedibus, unguibus non differt, longiore acutioreque est cauda, capite osseo. Rostri pars inferior acuta est, & sursum recurva, superioris extremum in partes duas diuisum, inter quas inferioris extremum recipitur. Huiusmodi rostro minus autem refert quam superior testudo. Oculis est maioribus, ante quos sunt foramina narium loco. Caput semper prominere. Ceruix lata est & torosa, in supina parte maculas aliquot rotundas habet, quas inepte qui de aquatilibus scripsit pronæ parti testudinis corticatae appinxit. Carnis habet plurimum anteriore in parte musculis scilicet omoplatarum: in posteriore multo minus, ea bubulæ similis est. Testa uertebri dorsi alligatur. Costas latus contegit cutis duplex interior, corio spisso densoque, sed leui, similis: superior, tenuis & alba. Sub cute pingue plurimum coaceruat.

Vidi huiusmodi testudinem ad solem menses aliquot suspensam, ex qua quotidie pinguitudinis libra una destillabat: qua, qui ceperat, ad lucernas utebatur, eiusdem carne salita loco bubulæ. Ea ad Frontignanum capta fuerat, longa cubitos quinque, duos lata. Alteram ante uideram ad Magalonam captam multo minorem. Aliquot ante annis unius æconem mihi dederat Agathensis, qui tum erat Episcopus, quam ad Niceam captam fuisse affirmabat cubitos octo longam. Carne est multo duriore quam superior. Ceterum ipsdem facultatibus & carnem & fel pollere existimo. Hic prætermittendum non est coriaceam siue Mercurij testudinem, quam depinximus ab Aeliano fortasse simiam maris rubri appellari, id quod ex eius descriptione clarius intelligitur. Est etiam in mari rubro simia, non piscis quidem hæc, sed bestia cartilaginea, (C. Vide supra in Simia marina, pag. 1073.) Sed eam rem doctis, qui pisces rubri maris uiderunt, æstimandam relinquo.

DE TESTVDINE CORNIGERA SIVE TROGLODYTICA & ALBA, Rondeletius.

PLINIVS lib. 9. cap. 10. Cornigerarum testudinum diuersum a cæteris genus facit, Troglodytæ, inquit, cornigeras habent, ut in lyra annexis cornibus latis, sed mobilibus, quorum in natando remigio se adiuuant. Celetum genus id uocat eximia testudinis, sed raræ: namque quasi scopuli præacuti Cheloniophagos terrent: Troglodytæ autem ad quos adnātant, ut sacras adorant. Quo loco pro mobilibus alij immobilibus legunt, sed perperam, ut opinor: nam si cornuum remigio in natando se adiuuant, quomodo immobilia esse possunt? Deinde pro celetum alij celetium, alij celetinum. Hermolaus aliquando existimauit legendum chelyrium, quæ uox & testudinem significat & pectora, quasi magnas & pectorosas intelligi uoluisset. Placuit postea ut celetum legatur, ut dicantur celetes testudines a celeritate: quoniam cornuum remigio adiuuant se natando, ceu equites uideri possint, non pedestres, sunt enim celetes singulis equis currentes in certaminibus, & equi ipsi celetes qui soli agitabantur. Sic cancrorum est genus quoddam inanis Aristotelis: itemque formicarum alterum, quas Plinius pennatas uocat a uelocitate.


Cornigeræ testudinis effigiem eleganter insculptam & expressam uidi Romæ in antiquissimo marmore, quæ a superioribus testudinibus non differebat nisi cornibus ex utroque capitis latere latis & longis, qualia in eo pisce sunt quem antea cornutam siue ὀλόςου appellauimus, & in lyra, sed in his breuiora, in testudine pro magnitudine corporis longiora.

Arrianus in Nauigatione maris rubri in testudinum genere albam testudinem numerat, aquatilis sit, an lutaria, an terrestris parum constat. Ego testudinem uidi cortice (maxima ex parte) albescente & denso, quam mihi ostendit Iacobus Regius, uir in chirurgicis operibus exercitissimus & peritissimus. Ea testudo ab alijs omnibus in eo differre mihi uidetur, quod in medio cortice pronæ partis articulationes duas habet, quales in locustarum caudis cernuntur, ex quo apparet animal hoc in pilæ modum totum corpus conglobare. Sic ne ea testudo Arriani alba, nescio, neque enim de re parum mihi perspecta temere quicquam affirmare uolo.

DE TESTVDINE LUTARIA, Rondeletius.

Aristoteles Testudinem lutariam, ab ea quæ in dulci aqua uiuit non seiuuixit, quam Murem aquatilem conuertit Gaza, quæ dicitur ab Aristotele μύς, uel fortasse εμύς. Hæc quam hic exhibitus in palustribus & limosis aquis, fossisque urbium & castellorum mœnia ambientibus, uiuit. Ea sic a Plinio depingit: Testudinum est tertium genus, in cœno & paludibus uiuentium. Latitudo his in dorso pectori similis, nec conuexo incurua calyce, ingrata uisui. Et a Varino: εμύς ζωον ἐν λίμνῃ καὶ ἐν πηγῇ ὑπόμεινον, οἷ ἢ χελώνῃν ἢ χελύτρῃν ὀβρά. Vocat a nostris Tortugue d'aigüe, i. testudo aquatilis ad

discrimen terrestris, quæ duæ similes sunt, nisi quòd aquatili cauda est longior perinde ac in muribus, à qua Muris aquatilis nomen accepisse crediderim.



- B Testa colore est nigro, aliquot particulis, ueluti tabellis pectinatim iunctis constat. Pro arbitrio pedes, caudam, caput, modò exerit, modò recondit. Pulmones, renes, uesicam, denique partes internas easdem habent lutarîæ Testudines cum marinis, quas fusiùs suo loco *suprà* in *Testudine Corticata* explicauimus.
 - C Vescuntur insectis aquatilibus, limacibus, cochleis, herbis; unde & in hortis aluntur, sed quibus aqua non desit: ea enim perpetuo carere non possunt. Cibo omni destitutæ diu uiuunt, atque etiam abscisso capite. quia cum frigido sint, crasso, & uiscido succo, is haud facillè dissipatur nec citò absumitur.
 - F Diu sunt seruandæ ut teneriores reddantur & concoctu faciliores. Integræ in feruentè aquâ injiciuntur, ut testæ & ossa separentur, deinde carnes, oua, cæteræq; internæ partes friguntur. Sanguis actu frigidus sentitur, quem hecicis nonnulli in potu dant, tum ad refrigerandum tum ad alendum. Iisdem & phthisicis carnes cum hordeo coctæ maximè sunt utiles.
- BELLONII de Testudinibus scripta dedimus circa finem Appendicis de Quadrupedibus Ouisparis.

COROLLARIUM I. DE TESTUDINIBVS IN GENERE: quibus etiam nonnulla simpliciter de testudine scripta adduntur, cum ad quam potissimum speciem referas, non constet.

TESTUDINVM DIFFERENTIAE.

Testudo aut est } Terrestris 40

 } Aquatica. *

 } In mari { Testudo mar. *Χελώνη θαλασσία.*

 } Mus marinus. *μῦς θαλάσσιος.*

 } Aliqui has species duas non faciunt, sed unam. Oppianus uidetur distinguere. Apud Aristotelem *μῦς* semper uidetur accipi pro testudine quæ in aqua dulci agat, siue pura, siue limosa.

* Aquatica } Puriore, ut lacubus, amnibus. } *μῦς simpliciter Aristoteli.*

 } In aqua } Cœnosa, ut paludibus, Testudo

 } dulci } lutarîa, dorso non cõuexo, &c. }

 } Hæ siue species duæ sunt, siue una, uidentur uno nomine à Græcis *μῦς*, uel *ἐμῦς*, uel *ὀμῦς* nominari.

Testudo uidetur amplius patere Latinis, quàm *χελώνη* Aristoteli, hic enim *χελώνη* terrestrem & marinam tantùm facit: alias, *μύδια* appellat, à recto *μῦς*. Archigenes *ἀμύδια* (si rectè scribit) interpretatur *χελώνη λιμνώδεια*. Apud Hesychium legitur *ἐμῦς, ζῷον ἐν λίμνῃ καὶ ἐν πηγῇ γινόμενον: οἱ δὲ χελώνη πῶν ἔχουσιν ὄραρ.*

Murem marinum ex Latinis Plinius tantùm dixit semel aut iterum: ubi Aristoteles *μῦς* uel *μύδια* nominat, de testudinibus tamen in dulci aqua degentibus loquens. Ex Latinis solus Opus 60

luis Oppianus in mari nominat *μῦνυ χαλεπὸν γλῶσσο*, &c. & postea *χελώνων* seorsim.

Eorum quæ de Testudinibus in libro nostro De Quadrupedibus ouiparis dicta sunt, multa ex authoribus repetiuit Rondeletius: quæ nos, ut erant, reliquimus, sicuti & in Ranis: quod libri nostri non passim omnibus in promptu sint: & multi ea quæ ad Aquatiliam historiam pertinent, coniuncta habere cupiant. Recentiores quidam & minus probati scriptores, testudinum genus alij inter testata, quæ ostracoderma uocant Græci: alij inter serpentes inep̄te numerant: cum toto genere ab utrisq; differat. Cortice teguntur testudines, Plinio: quas inter cortice intacta Aristoteles quoq; enumerari uoluit, quemadmodum lacertæ & crocodili, & reliqua quadrupedia, quæ oua pariunt, & genus omne serpentum: hæc enim omnia cortice operiuntur. Cortex hic loco squamæ similis potest appellari, Sed & inter testacea Plinius testudines aliquando posuit, ut libro undecimo: Quæ animal pariūt, pilos habent: quæ oua, pennas aut squamam, aut corticem, aut testam ut testudines, aut cutem puram ut serpentes. Aristoteles octauo de historia dicit: Exuunt fenescutem ea quibus cutis mollis, nec prædura & testacea quædã est, qualis testudini, (nam & testudo inter cortice intacta enumeranda est, & mus aquatilis:) sed qualis stellioni, lacerto, & præcipue serpentibus est, Massarius. Sed quanquam testudines à testa denominentur, & corticem eorum aliqui testam appellant, non tamen propriè dicta testata animalia sunt: quæ omnia sanguine carent, &c. & testam figlinæ instar fragilem, siliceam ue habent. Porro genus animalium, quæ *φοιδῶν* Græci nominant, latius patet, cum & serpentes qui pedibus carent, & lacertos ac similes quadrupedes contineat. Distinguendum hic etiam corticis uocabulum: quod Latini quidam aliquando pro testudinis tegumento accipiunt: Gaza alijq; eruditi recentiores, *φοιδῶν* ab Aristotele dictas, quæ ueluti squamæ sunt, cortices uel corticem uocant. Ego proximum testudinis genus, aliud non inuenio, quàm ut sit Quadrupes ouipara: quo genere testudinum species omnes comprehenduntur. Rondeletius inter Cete adnumerat testudines: sed hoc marinis tantum conueniet opinor, quæ, ut ipse inquit, mediæ sunt magnitudinis. Aut potiùs, ut mihi uideatur, ne marinæ quidem cete appellari debent, si propriè loquamur, ut cunque grandes, nam ad essentia ac generis rationem magnitudo non est adferenda. Quod si cete rectè definiuntur animalia aquatilia, (amphibia ue) spirantia & uiuipara: (nam cete omnia tum intra se, tum foras animal generant Aristoteli:) testudo autem omnis ouipara sit, ceteros eadem non erit, si quis tamen propter magnitudinẽ testudines marinas, non quidem cete, sed cetaceas & *κινῶν* appellare ue lit, permittemus. Oppianus lib. i. Hæc ut cum cete enumerasset, subdit: Ceterum quadam etiam è mari in terram exeunt. Et statim: *ἀπὸν δὲ ἰόντοσι καὶ ἀγγιλοισι ἀβύρραις μίσροντ' ἐχέλωνας τε καὶ ἀσπίδῶσα χελώνων*. Hoc est: Aliquando in litora prodeunt etiam anguillæ, & scutata testudo, &c. non tamen hæc etiam cete esse uult, sed de amphibijs diuerforum generum agere incipit. ¶ Testudinis nomen apud Latinos, sicuti & *χελώνων* apud Græcos, absque ullo addito, quandoque marinam, quandoque terrestrem significat, ut apud Plinium lib. ii. cap. 37. & Aristotelem historia 5. 33. Gallana Italis alibi, ut Ferrariæ, testudo est: nomine, ut apparet, facta à Græco *χελώνων*. Gallanga Monspelij est rana piscatrix: quam & bufonem aliqui uocant, sicuti testudinem nostri bufonem scutatam. Hispani quidam Calandras nominant, uide supra ab initio elementis c. Serpentis facies, sibilus, oua, cutis Testudinis, uulgo affinitatis appellationem inuenere. Etenim Taurini serpentem cuppariam, à cuppa: alij Itali Serpentem scutellariam, à scutella. Nos Galanam, Græca uocis uestigio, quasi *χελώνων*. Mixobarbari quidam scriptores tortucam & tartarucam pro testudine dicunt. Poloni *Zolw*. ¶ Albertus & alij quidam indocti cochleas & testudines aliquando confundunt.

Sunt testudines omnes pectore plano ac tabellato, sed tergo tumido & incuruo: sunt capite & ceruice anguineis: dentibus carent, sed rostri acie omnia comminuunt, ex Plinio hic & undecimo uolumine: superna parte inferiorem claudente, pyxidũ modo: pedibus quaternis multifidis unguiculatis, quos & exerunt & retrahunt intra corticẽ, quemadmodũ & caput, Massarius. At qui testudini lutariæ tergum nec tumidũ nec incuruũ Rondeletius pingit. & Plinius: Testudini (inquit) quæ in cœno & paludibus uiuit, latitudo in dorso est pectori similis, nec conuexo incurua calyce. ¶ Plurima sunt testudinibus, etiam terrestribus, communia: uelut quod sanguis ab his dum uiuunt detractus, frigidus sit, nostri quidem comparatione, non simpliciter, quod omnes rostri duritie lapillos comminuunt, (*Et c. quæ in sequentibus referemus*.) Cardanus. ¶ Testudinum genera omnia à latere adiecta habent: eademq; in obliquũ flectunt, quemadmodum crocodili & lacerte. Et cortice integuntur duro rigidisq;, & qui osse firmior sit, Vuottonus, sed Aristoteles *ποδὶ φοιδῶσσο* scribit: non *ποδὶ τοῦ χελώνων*: Latinis nomẽ corticis ad utrunq; ambigit. ¶ Operimentũ testudinis multis nominibus appellat, ut in libro de Quadrupedib. ouip. indicauimus. Græci *χελώνων* uocant, Nicander *χέλεον*. recentiores, ut Albertus, & lingue quædã uulgares, scutum. *der Schilt*: unde & animal ipsum *Schiltrott* appellamus, & Oppianus *χελώνων* cognominat *ἀσπίδῶσα*.

Testudines omnes, ut dictum est, rostri duritie uel lapillos comminuunt: unde omnes dentibus carente arbitror, q̄ pro ijs rostri durities satisfacit. Oppianus quidẽ author est testudines (marinas nimirum) mares & foeminas propter coitum inuicẽ dimitcantes, incuruis dentibus sese lacere: sed Rondeletius dentes interpretat rostra. De pulmonibus & uelcicis testudinũ, uide infra in Marina.

Testes lumbis intus adherent, meatusq; gemini ab his similiter atque serpentibus tendunt, Massarius. ¶ Sola autem testudo inter corticata uesticam obtinet in hac enim tantummodo natura castrata est. Cuius rei causa est, quod marinae testudines pulmonem habent carnosum, sanguineum, & similem bubulo: terrestres autem proportionem maiorem, superficies etiam, (ὡς τὸ ὄστρον κωδ. α. ἢ καὶ πικρὸν ἐν τῷ ποδίσχῳ) quia obdensa praeduraq; modo silicis est, facit ne humor diffari, euaporariq; possit per carnem laxiorem, ut serpentibus caeterisq; operis cortice euenit. humor enim sjs in corticem tegentem, ut auibus in pennas absorbitur, cum exiguo potu contenta sint, propter exanguem pulmonis naturam: atq; ita excrementi copia tanta subsidet, ut eorum natura conceptaculum, & uas quoddam capax humoris desideret. Vescam igitur testudo sola inter haec habet ea de causa: sed marina amplam, terrestres exiguum admodum, Aristoteles De partib. 10 anim. 3. 8. Rondelenius in Testudine lutaria quoq; uesticam & renes reperit: quas partes eis Aristoteles negabat. ¶ Author libri de nat. rerum: Tortuca (inquit) est duorum pedum (immò quadrupes) caput habens ut bubo, (forte buse: nam à busonis, aliqua similitudine apud nostros etiam nomen inuenit:) caudam ut scorpio, (ut serpens potius:) duobus scutis durissimis quali testis tegitur, quibus adeo se induit, ut difficulter etiam ualidissimis ictibus perimi possit.

C Testudines omnes tenui uoce & abrupta strident; Cardanus. ¶ In dorsum si inuettantur, siue in terra, siue in mari, erigere se amplius non queunt, Author Graecus incertus. Omnes rostri duritie lapillos comminuunt, Cardanus, Testudines in coitu superueniunt, Plinius.

E Veriusq; generis testudinum putamina in laminas secari ad opera, ut ad pocula aliaq; uasa, (inquit Vuortonus,) perspicuum est ex Martiale in Apophoretis de Gustatorio: Foemineu nobis 20 cherson si credis inesse, Deciperis: pelagi mascula praeda sumus. Fortassis autem ut in pleurisq; alijs animalibus elegantior & pulchrior cum alijs, tum colorum genere ac uarietate, marium aspectus est: ita ex testudinibus etiam masculis putamen preciosius, nisi quis simpliciter marinarum putamina, terrestribus praefetri arbitretur: quoniam chersos, id est, terra, (unde chersaechelonae Graecis dicuntur,) à Martiali nominatur. An terra omnibus nominibus semper est foeminea: mare uero etiam masculum, ut in Oceano, Ponto, Neptuno, Nereo, Plinio quidem authore terrestres testudines in operibus Chersinae uocant. Sed potius terrena marinis preciosiores sunt: & si Domitio interpreti Martialis secus uideatur, sed sine authore, is etiam gustatorum interpretatur mensam ubi gustabant. ¶ Accipe lunata scripta testudine signum, (forte sigma:) Octo capit: Veniat, quisquis amicus erit, Martialis ibidem de Stibadio: Domitius trichinium testudineum in 30 speciem stibadij interpretatur. Radiant testudine postes, Maro. In Adulto oppido maximum emporium est Troglodytarum & Aethiopum, deferunt plurimum ebur, celtium testudinis, &c. Plinius. Iuuat ludere impendio, & lusus geminare miscendo iterum, & ipsa adulterare adulteria naturae: sicut testudines tingere, argentum auro confundere, &c. Plinius ubi de purpurae tinctura loquitur.

F Testudines omnes suauis sunt carne iuxta omoplatas & inferiora crura, Cardanus. Testudinis carnes paucae esitatur, tormina pariunt: multae uero purgant, Hesychius in ἥπα: ubi ἡδύ, πρόν ἡδύ, perperā scribitur. Oua testudinis in cibo noxia sunt: Author de nat. rerum: qui etiam ex Ambrosio citat, renes testudinis post eius mortem nudo pede calcatos ueneno statim inficere: ipsam uero uiuentem ueneno carere. 40

G De ueneno renum testudinis, lege proximè scripta in F. Indoctus quidam librorum Rasis interpres, testudini remedia quaedam adscribit, quae ad limacem pertinent, cap. 75. libri de remedijs ex animalibus. Testudinum sanguis ad comitiales datur, Plinius. Ad malum mortuum: Testudines contritae in forti uino uel lixiuio coquantur: & pinguedine supernatante collecta, unguantur tibiae, Rolandus in fine quarti Chirurgicorum.

H. 2. Testudo dicta est, quod tegmine testae in modum camerae adoperta est, Isidorus. φέρειον & φέρειον (id est, domoportam) cochleam & testudinem interpretantur, Varinus. alij aliud quoddam animal, uide supra in Cochleis in genere H. a. in fine paginae 278. χελών piscis est Aethiopiae, è mugilum genere, pro χελών, id est, Labeo. ¶ Testudines loca dicuntur in aedificijs camerae, &c. Nonius. Saxa quibus uiridis stillanti uellere muscus Dependet, scopulisq; cauum si- 50 nuantibus arcum Imminet exesa ueluti testudine concha, Calphurnius. ¶ De testudine machina bellica, multa protulimus in libro De quadrupedibus uiuiparis, in Orygis & Arietis Philologia: & rursus in Testudine libri de ouiparis quadrup. De testudine helepoli leges apud Vitruuium libro 10. cap. 21. & Philandri in eundem locum annotationes, in quibus Aemiani ex libro 23. de hac machina uerba recitat. ¶ Testum testudinatum in quatuor partes deuexum est, ut peccinatum in duas, Fesius. Vtraque haec testorum forma nostris etiam in usu est, & suo apud materiarios fabros insignis nomine. ¶ De Musico instrumento quod testudinem Latini, Graeci chelyn appellant, dixi alias plura. Ἄλλ' οὐκ εἰς πλάκτρον λοκίς ἐκρέφε χέλυσ, Innominatus apud Suidam in κέικω. Mercurius Apollinis boues furatus, proijs chelyn, id est lyram quam ex ostraco testudinis confecerat, ei dedit. Ἀπὸ ἀργεῖονος ἀφορμῆς φησὶ τὴν χελώνην, χέλυσ ὑσθρον πᾶσα κινθρα ἐκλή 60 θη. ἐπειδὴ χελώνης ὄστρον μέγα πύχνης πλεῖστα καὶ χροσθῶν ἐν τανύσει λύρα ἀπὸ τῆς ἐξέως, ἢ καὶ Ἀπόλλωνι ἐχρεῖσται εἰς λύτρον αὐτῷ ἂν ἐκλεψέη ἐκείνος βούων, Eustathius in Odyssaeo. Vide etiam infra in Pro- prijs.

prijs, Anacreontis & Pindari φέρει, ab Horatio testudinis nomine celebrata est, eadem & chelys est, Mercurij fortuitum inuentum, addita Magadh arte, Cæsar Scaliger. Rondeletius Mercurium ex eo genere testudinis marinæ, quod coriaceum cognominat, Mercurium chelyn suam coninnasse conicit: quod ea præ cæteris instrumentum hoc Musicum quadam similitudine repræsentet. *Χελώνιον*, quare mox in b. Id quod nauī postremò sub carina, ut atteri ea non possit, clauis affigitur, *χελύσμα* nominatur, Pollux. *χελών* est labium: inde *χελυνοειδής*, cui labra tumidiora prominent, Eustathius. Cete Indica maxima sunt: *χελώνω δὲ πικρῶν πόντων καὶ θανάτου ἔχει*, Aelianus de animalibus 16. 12. Cheloniten lapidem, recentiorum aliqui cum batrachio seu borace confundunt, quod si chelonites est, quem uulgo *Elainen Eröttenstein*, hoc est, minorem lapidem bufonis aut rubetæ nominant, ut Ge. Agricola placet: forsitan à figura hoc ei nomen impositum fuerit, quæ foris in eo curua cōuexαῖ, intus caua spectatur, sicuti in chelonio, hoc est putamine testudinis.

Ex testudine hieroglyphica symbola aliquot Pierius Valerianus interpretatur libro Hieroglyph. 21. nos titulos cum breuissima singulorum interpretatione indicabimus, qui sunt: 1. In potentioris dititionem redactus: quoniam testudo Solis exiccata radijs, cum in gurgitem redire nequeat, capitur ad hoc denotandum in aquæ summo pingitur testudo. 2. Fortunarum contemptus: Pingitur homo naufragus in testudinis eiusmodi agitata fluctibus tergus insiliens, solari addito radio. 3. Virginum custodia. Nam Phidias cum Veneris simulacrum Eleis ex auro & ebore conficeret, testudinem altero eius pede pressam apposuit, &c. Consueffe uerò mulieres testudineas secum imagines gestare, quas Veneri dedicarent, ex eo est manifestum: quòd Thesalæ matronæ Laïda meretricem illam inclytam ligneis testudinibus zelotypia concitata interemerunt in templo Veneris, magno populi conuentu: ob quod facinus erexere postea templum Veneris profanata, quæ nefandam cædem in templo admiserant, ut confessione sceleris, ueniam petentes deam sibi placarent. Antisthenes ansam nactus eludendi Atheniensium uanitatem, se nunquam solo in quo nati essent excessisse gloriantium: Commune hoc, inquit, habetis cum testudine & cochlea. 4. Munimentum. Sic enim testudinis corticem natura muniuit, ut contra tela possit ipsa per se sufficere, & iniurias propulsare. Hinc ansa data adagio, quantum muscarum sollicita est testudo. Cuius omnis felicitatem secuta Cæsariana familia, domesticum eum morem habuit, ut paruuli domus eius in testudineos alueos excepti lauerentur. Quapropter Cæionius Posthumus nato iam Albino filio, cum ingentem testudinem à piscatore muneris accepisset, uir literatus iam inde magnam spem concepit de futura filij nobilitate. curari itaque testudinem iussit, & infantuli ministerijs dicari. Exemplaria Hori quæ impressa circumferuntur, in huiusmodi significatum *ὄρυγος ὄσιον* habent, interpretesque cornicis os reddidere. sed in manuscriptis codicibus *ὄρυγος* legi, quod facit ad hanc sententiam, testudines enim orygas appellatas, *ὄρυξ δὲ ὄρυγην*, quod fodere est, uel excavare, apud Virruuium legas, &c. *Virruuius non testudinem animal, sed machinam bellicam, orygem uocat.* 5. Mors difficilis. Hominem letalibus uulneribus quantumuis altè acceptis difficillimè morientem, per testudinis abscissum caput aptè pinxeris, quandoquidem tanta inest eius carni uitacitas, ut earum caput, præsertimq; marinarum, auulsum busto, conniuentes aliquandiu oculos ostendet, conniueatq; ad admotam manum, quin etiam si ad os eam admoueas, mordere etiam admittatur. 6. Sègnities. Ad eò enim lento gradu mouetur testudo, ut in prouerbium emanarit in segnes & pigros. Hinc Plautinus Aegio: Testudineum hunc tibi grandibo gradum, inquit, si fultem sumptero. 7. Sunt qui mordacissimum hominem atque egregiè maledicum, per testudineum caput exertis dentibus intelligi uelint, nam testudo omnino est ore omnium robustissimo. 8. Peloponnesij. In Peloponnesiū nummis testudo cudebatur, ut legere est apud Pollicem, &c. Vnde obolum Eupolis *καλλιχελώνιον* dixit, Hucusq; Pierius.

Chelonophagi. uide in Testudine marina. Testudinis dicti promontorij Pausanias in Atticis meminit. Chelydoreus mons contiguus est Cyllenæ. ibi inuentam testudinem Mercurius excoriasse, & lyram ex ea composuisse dicitur. Idem in Arcadicis, apparet autem compositum esse nomen à testudine & dono. factam enim inde lyram Apollini donauit.

Χελώνιον proprie testudinis testam significat: transfertur autem ad cancerorum quoque crustam. Asserina locus est in Tenedo: ubi in paruo fluuio cancri reperiuntur, *τὰ χελώνια δὲ τῆς θρωμβῆς ἀπὸ πλείων ἔχοντες, καὶ πελίκαι ἐμπερῆ*, Suidas in τ. Plutarchus in libro Cur Pythia non amplius carmine respondeat, *Ἀσίριον* locum illum nominat, in quo solo cancri nascantur *ὅν τῶν χελώνια τὴν πῶν πελίκαι ἔχοντες*. unde etiam Tenedij bipennem Apollini consecrarint. De prouerbio Tenedia bipennis, plura Erasmus. Aelianus de animalibus 16. 12. echinorum marinorū quoque *χελώνια* dixit. Plinius in Adulito oppido tradit maximum esse emporium: deferri ebur, celtium testudinum, &c. ubi celtium aliquis pro chelonio dictum coniecerit: quanquam libro 9. ca. 10. cornigeras testudines apud Troglodytas priuatim celtium dici scribit: ubi diuersæ lectiones sunt, celtinum, celetinum, Hermolaus celetum legit.

Θᾶπρον ἔλω λόνος κίρακας, ἤλωας τε χελώνας *Εὐρέμ*: Ammianus in epigrammate, de re impossibili. Simile huic est, Citius testudo leporem præuerterit. Testudine tardior, prouerbialiter usurpatur ab Erasmo.

Icones

Propria


b.

Celtium

b.

COROLLARIUM II. DE TESTUDINE MARINA.

Icon hæc repetita est ex libro nostro De Quadrupedibus ouiparis, Venetijs efficta: neutri illarum, quas Rondeletius exhibet, similis. Dentibus quidem testudines omnes carere Rondeletius ait: ut suspicer pictoris culpa non recte dentes huic nostræ iconi attributos. Oppiani tamen mus mar. dentatus est.



A Testudines marinæ, & quæ in dulcibus aquis uiuunt, genere differunt: seu formam, uſtam, magnitudinẽ ue aspicias: seu quod translatae alterutrinq; non uiuant, Cardanus. ὀδοντὶς ἢ μῦς (id est Mus marinus) à uulgo perperâ ὀδοντὶς (malim cum tenui ὀδοντὶς) uocatur, Eustathius, Saluſianus murẽ marinũ à testudine marina diſtingit: quod quidem diligẽtius mihi cõſiderandũ uideat. Oppianus quidem li. 1. Haliẽut. inter amphibia nominat ἀσπίδος τε καὶ χελωνῶν, cũ priũs μῦν τε καὶ λεπτοὺς ἄσπιδας adnumerasset ijs quæ in petris & arenis paſcuntur: ubi ijsdem muribus contra hominem & piſces pugnandi audaciam, non tam magnitudine ſua fretis, quàm ualidiſſimæ teſtæ & crebris in ore dentibus attribuit. Rondeletius tamen teſtudinũ genus omne dentibus carere ait. An Oppianus roſtri margines improprie ὀδοντὶς dixit: ſic quidem Rondeletius interpretaẽ, dentes pro roſtris, in Oppiani uerbis de teſtudinũ mar. coſtu: quæ ſunt, πολυγνάμψιου ὀδοντὶς ἢ ἄσπιδος δ' ἀπλοῦς. Muribus quidem marinis hæc interpretatio non poteſt conuenire, de quibus Oppianus: πῖναι καὶ πικρὰ πικρὰ τε καὶ ἄσπιδας ὀδοντὶς. roſtra enim nec πικρὰ, nec ὀδοντὶς dixeris. Quod autem Vuottonus teſtudinẽ lutariã, eandem muri marino facit, ex ueterum ac recentiorum ſcriptis facile redarguit. De uocabulis μῦς, ἔμυς, ἄμυς, unde pluralis numerus μῦδες & ἔμυδες, multa protulimus in libro de Quadrupedib. ouiparis, capite de teſtudinibus quæ in aqua dulci uiuunt, pag. 103. Mus marinus in terras (Maſſarius, legit terra, ex Ariſtot.) ſcrobe effoſſa parit oua, & rursus obruit terra: triceſimo die refoſſa aperit, foetumq; in aquam ducit, Plinius. Quod autem Plinius hic de mure marino (inquit Maſſarius,) Ariſtoteles de mure aquatili, id eſt, lutaria teſtudine teſtari uidetur. ait enim libro 5. de hiſtoria: Mus aquatilis ſiue teſtudo lutaria (Græcè ſimpliciter, ἢ δὲ μῦς, cap. 33.) in terra ſcrobe effoſſa dolij amplitudine parit oua, &c. De teſtudine autem marina ſubſequenter ſic loquitur. Teſtudines etiã marinæ egreſſæ in terram pariunt oua auium corticalium ouis ſimilia, & deſoſſa coopertaq; incubant noctibus: ouorum numerus maximus eſt: nam ad centena pariunt oua. Rurſum Plinius: Exeunt in terrã & qui marini mures uocantur. Hic etiã (ait Maſſarius) per marinos mures, marinas teſtudines intellexit. Videtur autem teſtudinẽ lutariã inanĩ aduertenter pro marina accepiffe: tamenſi non ignorem, & marinã teſtudinẽ oua parere in terra ex eodem Ariſtotele ſibidem dicente: Teſtudines etiã marinæ

rina egressa in terram, pariunt oua auium corticalium ouis similia, &c. quod item Plinius de marinis reuoluit. inquit enim: In terram egressa in herbis pariunt oua auium ouis similia, ad centena numero: eaq; defossa extra aquas, & cooperta terra ac pauita pectore, & complanata incubant noctibus. educant foetus annuo spatio, ubi non tricesimo die repetere, refossaq; aperite, foetumq; continuo ducere in aquam, ut inferius: sed annuo spatio foetus educare dixit, quod Aristoteles stri testudini contribuit eodem loco dicens: Testudo oua durioris testae & bicolora edit, quale ouum auium est: eaq; defossa & cooperta terra, ac pauita & complanata incubat, crebrius repetens, foetumque sequente anno excludit, Hucusque Massarius. Non *μύδω* in plurali, sed *μύδω* & *μύδω* uocatur, Hermolaeus. atqui Oppianus dixit *μύδω* in genitiuo plurali, cum secundum Hermolaeum *μύδω* uel *μύδω* dicere oportuisset. Rondeletius apud Aristotelem non *μύδω* neq; *μύδω*, sed *μύδω* & *μύδω* legendum contendit: quanquam libro 3. de partib. cap. 9. *μύδω* legatur. Ego ita distinguo, ut *μύδω* apud Oppianum & Theophrastum in libello de piscibus, & Eustathium, pro testudine aquatili recte legatur, genere masculino, declinandum per *ω* purum, non aliter quam cum quadrupes uiuisparum animalculum significat. *μύδω* uero uel *μύδω*, oxytonum foeminiuum, declinandum per *ω*, ut chlamys. Apud Aristotelem quidem cum *μύδω* & *μύδω* foeminiuo genere ponantur, cum Rondeletio *μύδω* & *μύδω* legerim. *μύδω* etiam (non expresso genere) legitur apud Aristotelem 2. 15. inter quadrupedes ouiparas liene paruo: & Plinius *μύδω* legit, cum murem bis terue transfulerit. Vuottonus in Plinio (qui emydas, testudines dulcium aquarum facit, & a Iulianis distinguit,) legit *hemydes*, & in Aristotele quoque *μύδω*: ego emydes, & *μύδω*, uel potius *μύδω*. Omis scribitur ab interprete Kirandis: omidium a recentiore quodam.

Testudo marina cortice tegitur. similis est terrestri, praeter magnitudinem, & pedes, quos ut phoca habet. Tanta oris duritia, ut lapides comminuat. Simplicem suillo similem uentrem habet. Iecur est ei uitiatum. Testes intus lumbis adhaerentes habet, Aristoteles diuersis in locis, citante Saluiano, tanquam omnia ad testudinem mar. pertineant. lienam quidem paruum habere non recte ex eodem (historia 2. 15.) testudini mar. adscribit, cum ad *μύδω* pertineant. De uulua eius uide apud eundem Historia 3. 1. De dentibus lege superius in A. Pulmonem habet testudo mar. carnosum & sanguineum: (ideoq; calidum & siticulosum) terrestres uero magnum, (& idcirco calidum,) quamobrem uescas habent, sed haec paruam, illa magnam, Aristot. de partib. 3. 9. parenthesis inclusa est scholijs Ephesij adiecimus. In historia quidem anim. 2. 16. philosophus soli marinae testudini ex ouiparis renes & uescicam tribuit. Testudo pulmonem quauis praegrandem, & sub toto tegumento habeat, sine sanguine tamen habet, Plinius: nescio quam recte, distinctius eadem Aristoteles de partib. 9. 3. ut modo recitauimus, unde Plinium transfuisse non dubito. Vna quam cepimus in portu Tenario, qui nunc portus Qualearum appellatur, tanta duritiem in ore habebat, ut cuspidem ferreum iaculi perfringeret, Massarius.

Calonaci testudines inueniuntur, tanta ut uel magnas naues aequent, in quibus multi homines uehi possunt: colore prorsus albæ. Tales ipsae multas uidi, Io. Monteuihanus.

Testudines marinae, quae potissimum algas depascuntur, erucas marinas plurimum appetunt, Bellonius. *ἡ χελώνι ἰδίαι τὰς ψύλλας*: Incertus auctor Graecus, cuius de animalibus libellus manuscriptus apud me extat. uidetur autem de testudine marina sentire, quae pulicibus uescatur marinis. Idem auctor: E marina testudine (inquit) terrestres quoque nascuntur. egressa enim e mari, oua in terra componit, ex ouis autem quaecumq; emittit ita ut ad mare uertantur, testudines marinae prodentur: ut contra ex illis quae terram spectant, terrestres. Mihi haec uerisimilia minimè sunt. Coit marina mare superueniente, sicut & terrestres, Aristot. Testudines mar. coeunt sicuti phocæ, & in terra canes. haec enim singula diu immorantur in coitu, a parte posteriori conuexa inuicem, Oppianus. Muris marini foetus inter initia uisu carent: sicut foetus omnium ferè aquatiliu, Obscurus.

Testudines quatuor praegrandes per Guaicauum piscem in India captæ. Vide supra in Guaicano, elemento G. Pisciculos paruos uiuos, filo confutos, quos comedit Barchora (id est, Testudo marina) & per illos deprehenditur, piscatores in mare proijciunt: qui dum effugere non ualent, sed pariter fluitant, Barchoræ moribus patent, haec uero dum unum post alium deglutire laborat, interim occupata deprehenditur, Albertus. Chelonophagi in quos usus conuertant testudines, leges mox in H. inter Propria.

De cibo ex testudinibus marinis inuenies quaedam, supra in Calandra, elemento c. & mox inferius inter Propria nomina. Testudinis iecur omnino uitiatum est, & totum corpus praetium temperamentum sortitur, quemadmodum & ranæ rubetæ, Aristoteles de partib. 3. 12. hoc forsitan uerum est de testudine marina inquit Vuottonus, nam terrestrium carnes ad remedia manduntur. Saluianus etiam haec Aristotelis uerba de test. mar. accipit.

Apud Chelonophagos in Carmanfæ angulo insula tres sunt deinceps, quarum una Testudinum appellat. hi testudinū testis contegunt. (i. testis inde cōficiunt,) quæ adeo magnæ sunt, ut uel in eis nauigēt. Carnibus uescunt, superficiebus casas tegūt, Ex Strabone. In pelago proximo (inquit

Agatharchides in descriptione maris rubri quod asperum & hybernium ualde est, testudinū multitudo incredibilis, magnitudine & latitudine excedens, nascitur: quæ quidem marinæ à nobis omnibus existimantur. Pascuntur hæ noctu in profundo: interdium uero ad placida tranquillaque insularum loca quietis causa se conferunt. quiescunt autem (in aqua) sublimes Soli expositæ, nauicularum quadam specie, (ταῖς κατὰ τὸ ὄρασμα ποσὶ μίση ὁμοιοπέδαις: ijs quas conficiunt nauiculis, lex eadem nimirum testudinum testis, similes.) Has eo tempore incolæ, arte, studio, funibus (μορμίδαις) in litus eiciunt: et interioribus quidem uescuntur omnibus, paulisper ad Solem assis: putaminibus uero ad domicilia sua & tuguria utuntur, quæ in locis editis decliua constituunt. ad nauigandum quoque (πῶς τὸ δίκμας, ad traiectiones) & aquationis gratia eorum usus est. Itaque ex uno animali nauis, domicilium, uas, & alimentum eis suppetit.

h. Træzenij lege uetabant piscari aut attingere polypum, & testudinem marinam, Eustathius.

COROLLARIUM III. DE TESTVDINIBVS MARINIS diuersis, siue simpliciter, siue pro regionum duntaxat & magnitudinis discrimine.

Rondeletius Testudines marinas duorum generum descripsit: unam Corticatam, alteram Coriaceam uel Mercurij cognominauit.

Circa Taprobanem insulam maris magni, Testudines in mari procreantur: quantum uniuscuiusque superficies (ἐν τῷ ὅλῳ κελύκειν) integrum testum præstare potest. nam singulæ testæ ad quindecim cubitorum magnitudinem procedunt: ut sub eis non pauci habitare queant, Aelianus de animalibus 16. 17. Et rursus: Nymphis librorum quos conscripsit de Ptolemæis nono, author est in Troglodytide Testudinum tegmenta reperiri tanta, ut singula senos medimnos Atticos capiant. Quanquam autem dubitari potest, terrestres ne an marinæ hæ Testudines sint: marinis tamen eas adiungere placuit, quoniam Plinius quoque Troglodyticas Testudines marinas commemorat. Vide etiam inferius in fine Corollarij v. De testudine terrestri.

Aspidochelone, Zytyron & Barchora, descriptæ nobis supra (inter Cete diuersa ex recentioribus, pag. 240. & 241.) Testudium marinarum generis sunt. Nostri piscatores pelagios & e profundo mari pisces, eos esse putant, qui raro capiuntur: ut sunt præcipuè boues marini: & milites maris, qui enses habent in fronte, & galeas in capite, & scuta super dorsum: sunt autem tortuæ maris, Albertus libro 7. eandem uero alibi Barchoram nominat. Aspidochelones nomen à scuto et testudine compositum est: Zitironi etiam suo Isidorus scutum tribuit. Longe uero alius est scutatus piscis, quem Orbem scutatum Rondeletius uocauit. Ostracorum (id est Conchyliorum) quædam sunt magna, quæ dicuntur Arabicè Barcora: quædam parua, quæ Arabicè dicuntur Sades, Syluaticus. De Sades nomine iam non constat mihi. Barcora uocabulo etiam Serapio utitur, pro testudine: quam ostracodermorum generis esse iam antè negauimus.

Ex Testudine marina finxerunt monstrum, à quo Vitulus marinus aurículas habens præter ueritatem, deuoratur, Rondeletius Olaus Magnum notans. nos id monstrum ex Olaus tabula pictum dedimus supra, pag. 249. fallitur autem in eo quod uitulum auritum ab eo pictum ait.

COROLLARIUM IIII. DE TESTVDINIBVS dulcium aquarum, Lutaria & Fluuiatili.

Quæ lutariæ Testudines, siue Mures aquatiles uocantur, in dulci aqua & luto uiuunt. Has Aristoteles omydas siue emydas (De his uocabulis, & Latino Mus marinus seu aquatilis, plura leges supra in Testudine mar. Corollario A.) appellat: & sunt cæteris minores, Mediolanensibus mirum in modum expetita. Fuit & testudo quidem fluuiatilis trium cubitorum aliquando uisa, ut Nicolaus Damascenus refert, Massarius. Alrach secundum expositores Arabes est testudo fluuiatilis. alij uero dicunt esse speciem piscis. Andreas Bellunensis. ¶ Lutaria seu Mus aquatilis cortice tegitur molliori. renibus & uesica caret, (Rondeletius habere asserit:) lienem exiguum habet, Aristot. diuersis locis. In cœno & paludibus uiuit, Plinius. Ex minori genere testudines lutariæ, siue mures aquatiles dicti, nisi in aqua spirent, intereunt: & parere tamen educareque (uti retulimus) solent in sicco, Massarius. ¶ Ad comitiales datur muris uel testudinum sanguis, Plinius. ¶ Omnis marina apud Kiranidem legitur libro 1. elemento ultimo. ubi & magicis quibusdam ostentationibus, quas referre piget, caput omidis adhibet. Quidam (inquit) omidia uocant: eò quod in humeris magnam uim habeat, nam ωμια est humerus. Et ab initio eiusdem elementi: Omys marina est hybenbrast aliud autem hymbros, tenue animal, cibo idoneum, quod uocatur menida. Sic enim codex noster in plerisque deprauatus habet. ¶ Si quis somniet se omidia & ostreas comedere, uel alia huiusmodi, in morbum incidet, Obscurus quidam de somnijs scriptor.

In Gange Indiæ fluuiio testudines nascuntur, quarum testa non minori magnitudine sit quam dolium capax uiginti amphorarum, Aelianus De animalibus 12. 41. Et rursus 16. 14. Testudinis Indiæ & fluuiatilis testa non minor est quam scapha iustæ magnitudinis, decem enim leguminum medimnos capit.

COROLLARIUM V. DE TESTUDINE terrestri.

Terrestres sunt formosiores, cortice politiore, in montibus & nemoribus hortisq; degentes, quarum carnes cibo sumptæ tabescentibus remedio esse traduntur. Sunt & aliæ terrestres testudines, chersinæ uocatae, in desertis Africæ roscido humore uiuentes; Massarius. Ex recentioribus quidam testudinem terrestrem, muræm quoq; terrestrem uocat. ego apud auctores de aquatilibus tantum, (ut marinis, fluuiatilibus, lutarijs,) hoc nomen reperiri puto. ¶ Testudines in Libya sunt, eaq; montanæ, & aspectu crispissimæ: quarum testa barbata est accommodata, Aelianus de animalibus 17. 14. ¶ In Libyæ desertis curruum magnitudine uisendæ sunt. Inter diu subductæ sub suâ testa non uidentur. Noctu procedunt in passum, ad eod lento gradu, uix ut mutare locum uideantur. Narrant fabulam: Appetente nocte, uiatori locum aliquem à feris tutum captanti oculis, uisam testudinem. Quam tumulum rarus (musco enim obsita erat) conscendit, atq; in excubijs aliquandiu fuit. Somno deinde oppressus, ubi noctis & quietis idem finis fuit: & ille sese alijs in locis (processerat enim illa) esse intellexit, percepta bestiae facie; admirationem cum scientia nouæ naturæ commutauit: Casar Scaliger, ex Io. Leonis Africani lib. 9. de Africa.

Terrestres in syluis habitant: quæ, ut creditur, herbis & rore uitam ducunt. Has canibus inuentas rustici ad cibum transferunt. In cacabum, feruente aqua, conijciunt. Semicoctæ & exemptæ, contracta testudine, ablatisq; intestinis ac pelle, iterum, donec exactè coquantur, in cacabum ad ignem ponuntur. Coctas pipere, croco, uicellis ouorum dissolutis, suffundes. ¶ Sunt qui ex alliato uel ex falsa comedant. Boni sunt alimentii: & sine moreto, medellæ uim habent, Platina.

Sunt qui è marina testudine terrestrem quoq; generari putent. Vide supra in Marinis c.


Ad intolerabile pruritus: quum neq; uenæ sectio, neq; defricatio aliqua quicquam profuisset, quidam ex huius remedij usu malum exuperarunt: Testudo terrestris uiua in oleo coquitur, & ex oleo corpus inungitur, Aëtius. Si uterî ualde strangularint, testudinis iuxta mare natae obolos tres in uini albi hemina, uel cyathis tribus tritos, bibendos dato, Hippocrates lib. 2. de morbis muliebribus, sed dubitari potest de terrestri an marina testudine sentiat, cum hæc quæ que in sicco pariat.

Boeotij traducuntur, quod face aut alio ignis fomento uulpibus testudinibus ue alligato, quæ uellent incendio perdere solerent, Suidas in Νεώρια.

TESTUDINES quasdam legitimas in quibusdam insulis reperiri, de quibus dubitari potest, terrestres ne an marinæ sint. Ad Troglodyticen regionem multæ sunt insulæ in alto (maris,) in quibus testudo plurima, Plinius. *Χελώνη, ἢ τε χυθονητωτικὴ, καὶ ἢ ποδὲ τὰς νήσους διεδομμένη τὰς περικελεύσας αὐτῆς Πιμυραίων,* Arrianus in Periplo maris rubri. Sed hæc uidentur ad marinas referendæ. Vide supra Corollario tertio De testudinibus marinis diuersis.

DE TETHYIS. RONDELETIVS.

De his iconibus lege quæ annotauit auctor circa finem Capiti.



ΤΗΘΥΑ quæ & τῆθῆ appellat Athenæus, quid ab Holothurij differat, tam diximus. Non stri bechus uocant. Plinius Græco nomine usus est, nisi quod foeminino genere extulit, si non mendosi sint codices nostri, in quibus Tetheas aliquot locis reperias.

Aristoteles lib. 4. de hist. ca. 6. cum qualis sit eorū testa, quoque modo saxis adherent, exposuisset, fusiùs reliquas partes persequitur. Duo, inquit, foramina habent, à sese distantia, ualde exigua, ita ut ferè oculorum aciem fugiant, quibus humorem reddunt & accipiunt. Corio spoliatis primùm apparet membrana neruosa, corpus ambiens, carnemq; ipsorum totam continens: nulli è cæteris testaceis similis, in omnibus tamen sui generis eadem. Adhæret hæc utroque ex latere membranæ circumdanti, & qua adhæret, arctius id in utraque parte est, uidelicet